

Estque duplex: Quinta essentia, & arcanum specificum.

N

NActa, apostema pectoris, Brustgeschwür.

Nafda, sinapta, id est, petroleum vel asphaltum.

Napellus, **Wolffswurz**/herba venenata.

Nacda vel natta gibbus, ein Hoger / Gibber / gibbosus, hybus, cyrtus. **Buicken**.

Napta, id est, gumma.

Napta alba, id est, petroleum album, **Nymph**.

Naphtha. Iudaicum bitumen diximus esse speciem Naphthæ, & non naphtham ipsam. Quoniam naphtha nihil aliud est, quam petroleum, oleum illud liquidum, quod ad nos, licet corruptum, ferunt agyrtæ, Dioscor. lib. 1. cap. 84. naphtham a Babyloniis vocari dicit bituminis colamen, & esse seu inueniri candidam & nigram. Naphtha candida est petroleum nostrum. Nigra, quæ est forsitan illa Amiani pisca & glutinosa, bitumine per similis, quæ flagrans nulla alia re exstingui potest, quam puluere iniecto. Sicuti ille limus apud Plinium ex stagno Comagenes terra exstinguitur. Hanc nigram Naphtham, stercus dæmonum quidam fuisse veteribus voluerunt. Nos iam pro stercore dæmonum habemus ipsum laserpitium. Verum nihil ausim affirmare. Multa fœtida pretiosa fuerunt veteribus. Verum Naphthæ est vis ignium rapax, vt docet Dioscorid. L. C. & Plin. lib. 2. cap. 108. Neq; est aliud, quod citius rapiat, pertinaciusq; foueat ignem, quam Naphthæ. Plin. L. C. exemplum recitat, a Media pellicem crematam, ad aras, quæ cum accederet sacrificatura, gestans coronam ex naphtha, ignis in ipsam coronam inuolauit, & pellicem consumpsit. Est autem

Naphtha